

112

BENEDICTUS DNS DS ISRAHEL. QUIA
uisitauit & fecit redemptionem plebi suae.
Et erexit cornu salutis nobis
in domo dauid pueri sui.
Sicut locutus ē per os sc̄orū
qui a saeculo sunt prophetarum eius.
Salutem ex inimicis nostris
& de manu omnium qui
oderunt nos.
Ad faciendam misericordiam
cum patribus nostris. &
memorari testamenti sui sc̄i.
Iusiurandum quod iurauit
ad abraham patrem nr̄m
daturum se nobis.
Ut sine timore de manu
inimicorum nostrorum
liberati seruiamus illi.
In sc̄itate & iustitia coram ipso
omnibus diebus nostris.
Et tu puer propheta altissimi
uocaberis. praeibis enim ante
faciem dn̄i parare uias eius.
Ad dandam scientiam salutis
plebi eius. In remissionem
peccatorum eorum.
Per uiscera misericordiae
dī nr̄i. in quibus uisitauit nos
oriens ex alto.
Illuminare his qui in tenebris
& in umbra mortis sedent.
ad dirigendos pedes nr̄os
In uiam pacis.
CANTICUM SC̄AE
MARIAE AD UESP.
MAGNIFICAT ANIMA MEA DN̄M.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Staatsbibliothek zu Berlin Preußischer Kulturbesitz
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek zu Berlin – Preußischer Kulturbesitz
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbb-pk_mstheol-lat-fol-58/0229